

stris: ex articulo primo nos discamus erigere;  
Nos Deo confederatos esse: E non potest  
nos deserere.

Nos Deum, Patrem fidissimum habere:  
E. nil abstrahet nos ab ipsius amore.

*Unum reliquum est.* Si solatij & tutelæ hujus cō-  
potes esse avemus: Deum timeamus  
ubiq; præsentem; eoq;ue omnia nostra  
videntem & audientem.

Subditi in conspectu Magistratus sui valde  
sunt cauti in dictis & factis.

At Deus noster quotidie demissimè  
perspicit in cælis & terra. Ps. 113, 6.

E. spectemus oculis ad Jehovã Ps. 123.

Si ita dicto audientes fuerimus: Deus omnis  
gratiæ auctor, qui nos vocavit ad æternam  
suam gloriam in C. J. paulisper afflictos, per-  
ficiet nos, stabiliet, roborabit, fundabit.  
1, Pet. 5, 10, 11.

Ipsi sit gloria, robur & c. æternùm!

## DE FILIO DEI.

### DOMINICA XII.

Ex Quæst. 29. & seqq.

CHRISTUS VERE SOLUS JESUS  
noster est.

TEXTUS Matth. 1, 20. & 21.

*Vers. 20. Hæc quum Iosephus in animum indu-  
xisset, ecce Angelus Domini in somnio ap-*